

mina. Sic medicamentum externum audit *frontale*, quod fronti et temporibus applicatur, *collyrium*, quod oculis extrinsecus applicatur, *nasale*, quod naribus admouetur.

§. 634.

Nasalia, quatenus olfactus organon afficiunt, dicuntur *odoramenta*, et quatenus ster-
 nutationem producant, *errhina*. De odo-
 ramentis et errhi-
 nis.

§. 635.

Medicamenta, quae oris partibus inter-
 nis applicantur, vocantur *stomatica*. Stoma-
 ticum vero, quod dentium et gingivarum
 vitiis medetur, audit *dentifricium*; quod sali-
 vam et mucum oris elicit, *apophlegmatismus*;
 et quod oris, maxime faucium cauo colluen-
 do inseruit, *gargarisma*. De denti-
 friciis, a-
 pophleg-
 matismis
 et garga-
 rismati-
 bus.

§. 636.

Medicamentum externum plus minus so-
 lidum, variae figurae, vt rotundum, ex tereti
 oblongum, globuli, conuli, vel glandis for-
 ma, quod ano intruditur, dicitur *supposito-
 rium*, *glans*, *balanus*, *nodulus intestinalis*. De sup-
 posito-
 riis.

SECTIO XVII.

DE

FORMVLA EMPLASTRI.

§. 637.

In emplastro laudatur primo consistentia in Quae-
 frigore sicca, digitos non inquinans, dein nam in
 (Pars II. de form. in specie.) Dd de empla-

stro laudentur. de sequax in calore leni ductilitas ac molli-
ties, tum tanta tenacitas, vt vehiculo et par-
ti facile adhaerescat, et denique mixtio in-
gredientium homogenea.

§. 638.

Quae in
empla-
stri for-
mam re-
digi pos-
sunt, in-
gredien-
tia em-
plastri
esse pos-
sunt.

Cum emplastrum sit medicamentum ex-
ternum in frigore solidum, sed non friabile,
calore liquefcens, ductile, glutinosum §. 630,
omnia ista, quae vel per se, vel cum aliis com-
mixta, in dictam emplastri formam redigi pos-
sunt, ingredientium vice in emplastro fungi
possunt.

§. 639.

Recen-
sentur,
quae in-
gredien-
tium vi-
ce fungi
possunt.

Talia sunt 1) liquida, vt liquores aquosi,
mucilagines, succi expressi, decocta, infu-
sa, olea aromatica expressa, vel destillata, bal-
sama liquida naturalia siue artefacta, tincturae,
essentiae, spiritus, vinum, acetum et similia,
2) spissiora sequacia, vt pinguedines, medul-
lae, butyrum, mel, vnguenta officinalia, ex-
tracta, sapo et id genus alia, 3) tenaciora glu-
tinosa, vt terebinthina, 4) duriora in frigo-
re, sicca, cohaerentia, vt cera, resinae, gum-
mi, gummi-resinae, emplastra officinalia,
5) sicca, vt pulueres vegetantium, fossilium,
calces metallicaes. Haec enim ita sunt
comparata, vt vel per se, vel aliorum tamen
beneficio, in emplastri formam redigi possint.

§. 640.

§. 640.

Si qua ingredientia, ex quibus emplastrum est formandum, per se in emplastri formam redigi nequeunt, aliis opus est, quae illis eandem largiuntur. Illa dicuntur *excipienda*, haec *excipientia*.

§. 641.

Cum excipientia in emplastro requirantur, si qua excipienda sunt §. 640, patet, excipientia in emplastro adesse debere, si qua excipienda sunt, illorumque qualitatem et quantitatem ex excipientiorum qualitate et quantitate esse determinandam.

§. 642.

Qualitas excipientium determinatur ex excipientiorum qualitate §. 641. Qua de re si excipienda in emplastro sunt liquida §. 639. No. 1, duriora, sicca, cohaerentia §. cit. No. 4. excipientium vice fungi possunt.

§. 643.

Cum excipientibus tunc demum in emplastro opus sit, si qua emplastri ingredientia in eius formam redigi nequeunt §. 640, patet, excipientibus in emplastro non semper opus esse. Sic sola cera et terebinthina, proportionem apta commixtae et colliquatae, emplastrum exhibent omnibus eius requisitis ornatum. Sola pix, vel gummi-resinae, pistillo calido diductae, vel oleo siue spiritu

D d 2

emol-

De excipientibus et excipientibus emplastri. Excipientium qualitas et quantitas ex excipientiorum quantitate et qualitate determinatur.

Si excipienda in emplastro sunt liquida, duriora sicca sunt excipientia. Excipientibus in emplastro non semper opus est.

emollitae, commode in emplastrum redigi possunt. Quin oleum solum cum calce saturnina, vt lithargyrio, minio, cerussa, sat diu coctum, in emplastrum abit.

§. 644.

Quanam
basinem-
plastri
consti-
tuant.

Olea, vel quae ad eorum indolem accedunt, vt pinguedines, medullae, butyrum, mel, vnguenta officinalia, tum terebinthina et cera, plurimorum emplastrorum basin constituunt, cerae tamen et terebinthinae pix interdum, resinae, gummi-resinae substituantur.

§. 645.

Quanam
qualita-
tes em-
plastrum
exornan-
tes ipsi
conci-
liant.

Cum in emplastro consistentia in frigore sicca, digitos non inquinans, laudetur §. 637, facile haec acquiri potest, dum duriora in frigore, sicca, cohaerentia, vt cera, resinae, gummi-resinae, emplastra officinalia et sicca puluerulenta, debita in proportionem emplastro adduntur. Ductilitatem in leni calore sequacem et molliem, qua emplastrum se commendat §. 637, efficit addita debita quantitas liquidorum et spissiorum sequacium, vt oleorum expressorum, pinguedinis, medullae, mellis, butyri, balsamorum, aliorumque §. cit. No. i. indicatorum. Tenacitatem emplastri lentam, quae illud exornat §. cit. producit terebinthinae, gummatum et gummi-resinarum quantitas, debita in proportionem addita, et mixtio ingredientium homogenea, quae
in

in emplastro requiritur, artificiosa nititur eorum praeparatione.

§. 646.

Si sicca puluerulenta emplastrum ingre-
diantur, eligenda sunt talia, quae vel solu-
bilia sunt, vel tenuissima, vt aequabiliter reli-
quis commisceri et interteri queant, nec spe-
cifice leuiores, nec vi per magnum volumen
diffusa sunt praedita.

Quomo-
do pul-
verulen-
ta sicca,
quae em-
plastrum
ingredi-
untur,
compa-
rata esse
debeant.

§. 647.

Cum sicca puluerulenta, si ingredientium
vice in emplastro fungantur, nec specificie le-
uiores, nec vi per magnum volumen diffusa
praedita esse debeant §. 646, vegetantium
partes specificie leuiores et vi per
magnum volumen diffusa praeditae, ingredientium vi-
cem in emplastro vix commode sustinere pos-
sunt, sed consultius est, earum succum, de-
coctum, infusum, oleum, extractum ad-
hibere.

Vege-
tantium
partes
specificie
leuiores
et vi per
magnum
volumen
diffusa
praedita
vix com-
mode in-
gredi
possunt
empla-
stra.

§. 648.

Si gummata, gummi-resinae, extracta, Si gum-
succu densi et similia, ad emplastrum recipiun-
tur, nec vel cum aliis colliquari, vel in pul-
verem comminui possunt, apto menstruo, vt
aqua, aceto, vino, oleo, terebinthina, vi-
tello oui, sunt soluenda. Vegetantia inter-
quari nec

Dd 3

dum in pulue-

rem re- dum vel animantia, quae ingredi debent
digi pos- emplastra, prius cum vino, aceto, oleo, ax-
sunt, sunt ungia infunduntur et decoquuntur, vt liquor
apto colatus et expressus cum aliis in emplastri for-
menstru- mam redigatur.
o solu-
da.

§. 649.

Propor-
tio in-
gredien-
tium em-
plastri
mutua
variat
pro con-
sistentia
eius.

Ingredientium emplastri proportio mutua
variat pro eius consistentiae gradu, vtpote
qui pro diuerso effectu, quem producere de-
bet, varius est. Emplastris enim altius pe-
netraturis, emollientibus, mollior magis con-
venit consistentia, exsiccantibus vero et ad-
stringentibus minus mollis. Triplex interea
emplastri consistentiae gradus obtinere solet,
mollior nimirum ad ceratorum consistentiam
accedens, durior, et medius.

§. 650.

Propor-
tio in-
gredien-
tium em-
plastri
indica-
tur.

Si igitur emplastrum consistentiae mollio-
ris est conficiendum, praeparans recipere debet

oleorum, vel eorum, quae ad olei indo-
lem accedunt, vt pinguedinis, me-
dullae, mellis, butyri et similium
cerae, siue ei analogorum, vt gummatum,
gummi - resinarum, emplastrorum
officinalium

puluerum

3i

3i.

3℥.

Si vero emplastrum mediae consistentiae
desideratur, recipe

oleo-

oleorum, siue eorum, quae paulo ante
 indicata sunt,
 cerae, siue eorum, quae ei similia sunt,
 puluerum

℥i.
 ℥iſſ.
 ℥vj.

Si denique emplastrum durioris confi-
 stentiae est praeparandum, fume
 olei, siue mox memoratorum
 cerae, siue aliorum ad eam accedentium
 pulueris.

℥i.
 ℥i.
 ℥i.

§. 651.

Si pulueres emplastrum non ingrediantur, Quae de
 eorum defectus cera vel alio, quod ad eius cerae
 indolem accedit, suppleri potest. Cera, quae propor-
 ad emplastra frequentius adhibetur, est flaua, rione sint
 et alba si vsurpatur, eius proportio paululum animad-
 est imminuenda, cum flaua sit fragilior. ver-
 da.

§. 652.

Quae emollitioni vel solutioni inferuunt, De in-
 q. s. praescribuntur, neque minus vsitatissimum gredi en-
 est, olei et cerae, vel eorum, quae his sunt tium em-
 adfinia, vtriusque vel alterutrius quantitatem plastri
 pharmacopoei iudicio relinquere determinan- quantita-
 dam; qua ratione facile vitatur error. No- te, quae
 tandum praeterea est, cum frigus corpora con- pharma-
 denset, hyeme mollium, aestate vero durio- copoei
 rum quantitatem esse augendam. iudicio
 relinqui-
 tur de-
 termi-
 nanda.

§. 653.

Si emplastro officinali miscenda sunt alia, Quid ob-
 Medicus horum consistentiae gnarus facile de- ferman-
 ter-
 vandum

D d 4

fit, si em- terminare poterit, quonam accessorio, vtrum
plastro liquido, molli, tenaci, an duro opus sit, et
officinali quam in quantitate sit addendum.

alia sunt
commi-
scenda.

Transi-
tus ad
specia-
liora.

§. 654.

Postquam haec ea, quae generatim
circa emplastri praeparationem sunt obseruan-
da, consideraui, ad specialiora progredior,
quae de emplastrorum, in praxi medica saepi-
us occurrentium. praeparatione et vsu maxime
sunt notanda.

§. 655.

Quonam
ordina-
rie in-
gredien-
tium vi-
ce in em-
plastro
fungan-
tur.

Ingredientium ordinariorum vice in em-
plastris fungi solent, et plerumque adhiben-
tur, gummata et resinae, siue natiuae, siue ar-
factae, vt pote quae olei vel destillati, vel ex-
pressi ope facile in emplastri formam redigi
possunt. Sic v. g. ex gummi anise, elemi,
tacamahaca, mastiche, resina ladani, styra-
cis, thymiamatis, cum debita quantitate olei
nucistae expressi, vel balsami Pruuiani, item
olei destillati lauendulae, maioranae, rutae, egre-
gium emplastrum cephalicum, ad nucham vel
tempora applicandum, praeparari potest. Ne-
que minus ordinariorum in emplastris ingre-
dientium vicem, pro indicationis varietate,
sustinere solent, myrrha, terebinthina Ve-
neta et Cypria, balsama, vt de Peru, Copai-
va, et liquida ambra.

§. 656.

§. 656.

Si emplastrum virtutis potenter resolu-
tis et discutientis est praeparandum, huic sco-
po gummi ammoniacum, sagapenum, galba-
num, opopanax, sperma ceti, balsamus sul-
phuris terebinthinatus, maxime omnium sapo
Venetus, crocus et camphora, sunt aptissima,
quibus, si maiori resoluendi et discutiendi vi
opus est, oleum tartari vel C. C. foetidum de-
bita in proportionem addi potest.

Quae-
nam in-
gredien-
tia ad
empla-
stra re-
soluentia
requi-
rantur.

§. 657.

Succi quoque vegetabilium expressi, vt
succus melilori, cicutae, allii, ceparum, mil-
lefolii, beronicae, etc. neque minus mucila-
gines radice altheae, seminis foenu graeci,
lini, corticis sambuci, tiliae, etc. emplastra
emollientia frequentius ingrediuntur, vti id ex
emplastris officinalibus apparet. Neque minus
succus ex regno animali, vt cancrorum flauia-
tilium, lumbricorum terrestrium, ab emplastro-
rum compositione non excluduntur, et memi-
ni, *beatum* HOFFMANNVM emplastrum ex
axungis, cum succo lumbricorum terrestrium
et camphora confectum, dummodo debita
cum prudentia applicetur, in arthriticis et po-
dagricis affectibus commendasse.

Quae-
nam in-
gredi so-
leant em-
plastra
emolli-
entia.

§. 658.

Ad ea, quae ordinarie emplastra ingredi-
untur, pertinent porro pinguedines ex regno
animali desumptae, vt axungia humana, canina,

Quae-
nam pin-
guedines
ingredi-
antur
suilla empla-
stra.

D d 5

suilla empla-
stra.

fuilla, vitulina, ceruina, etc. nec non medullae ossium, praesertim vituli et bouis. Hae pinguedines virtutem possident relaxantem, adeoque conducunt in emplastris aduersus contractiones.

§. 659.

Quae-
nam em-
plastra
exsiccan-
tia ingre-
di sole-
ant.

Ex regno minerali inter emplastra exsiccantia recipi solent saturnina, ut minium, lithargyrium, cerussa, saccharum saturni, etc. praesertim cum sese intime cum pinguedine et oleis vniant, et emplastris solidam concilient consistentiam. Neque minus emplastra exsiccantia ingredi solent lapis calaminaris, tutia, bolus rubra, haematites, magnes, crocus martis, colcothar seu terra vitrioli dulcis, vitriolum album, alumen et id genus alia. Sunt, qui emplastri, ex saccharo saturni et camphora, vel ex minio cum aceto vini confecti, in inflammatione non adeo magna tollenda virtutem laudant. Dantur etiam emplastra, quae mercurius et sulphur ingrediuntur, cuius generis est emplastrum de ranis cum mercurio Vigonis, quod ad tumores venereos resoluendos adhiberi solet, et emplastrum diaulphuris Rulandi.

§. 660.

De ordi-
ne ingre-
dientiu-
um et
subscri-
ptione in

Is, quo emplastri magistralis ingredientia chartae inscribuntur, ordo est optimus, qui praeparationis ordini responderet. Ad subscriptionem in emplastri formula quod attinet, patione in illa docet interdum massae emplasticae praeparatio-

parationem eiusque super vehiculo extensio- formula
nem. Ordinem vero et encheireses ad legiti- empla-
mam emplastri praeparationem pertinentes stri.
praetereo, praesertim, cum haec pharmaco-
poeo cognita supponi possint.

§. 661.

Sat magnus prostat emplastrorum officii- De usu
nalium numerus, ut magistrali saepius non empla-
opus sit compositione, et vel solum empla- strorum-
strum praescribatur officinale, vel plura simul, officina-
idonei olei, spiritus, tincturae, etc. ope sub- lium.
igenda. Interdum loco basis inseruiunt, iis-
que reliqua scopo adcommodata admiscen-
tur; qua ratione operae et tempori parcutitur,
et error facile euitari potest.

§. 662.

Vsus emplastrorum est multiplex. In De usu
morbis enim tum externis, tum internis ad empla-
hibentur, cum eorum virtus non corporis strorum
solum superficiem afficiat, sed altius etiam rum ge-
penetret. In morbis externis sine emollien- neratim.
di, discutiendi, resoluendi, consolidandi,
exsiccandi, dolores sedandi, partium sen-
sum et motum perditum restituendi, usurpari
solent. In morbis a causa interna adhiberi
emplastra, itidem per se manifestum est. Dan-
tur enim emplastra cephalica, quae capiti in
eius morbis, ut cephalagia, vertigine, epi-
lepsia, aliisque eius generis affectibus, appli-
cantur; pectoralia, quae pectori, v. g. in tussi
conuulsiva, admouentur; stomachica, quae ad
com-

compescendam nimiam vomitionem et ventriculum roborandum adhibentur, carminatiua, atque alia, quae abdomini, ad partium in eius cauo contentarum, spasmos et dolores sedandos, applicantur, et in doloribus arthriticis, podagricis, lienis et hepatis obstructione, aliisque morbis internis adhibentur.

§. 663.

Exempli loco inferuiunt

I Emplastra potenter resoluentia.

1.

R. gumm.	℥c.	} depurat. et in +to squillit. solut.
galban.		
opopon.		
sagapen.		

sapon. Venet.

myrrh. elect. aa ʒij.

camphorae siue

bals. ꝑr. tereb. ʒʒ.

ol. ꝑri foet. ʒj.

cerae flav. q. l.

M. f. l. a. Emplastrum.

2.

R. empl. de cicuta

diachyl. cum gummat. siue

de galbano croc. aa ʒʒ.

camphorae ʒʒ.

M. f. Emplastrum.

3. R.

3.

R $\acute{e}$. empl. sapon. Barb.

de cicuta

gumm. $\mathcal{H}$ c. For. aa $\overline{\text{zss}}$.

malaxando in ∇ ini camph.

q. f. f. Emplastrum.

Horum emplastrorum ingredientibus addi pro re nata potest crocus et sperma ceti. Si eiusmodi emplastro dolor vel spasmus simul est mitigandus, in debita quantitate admisceri potest crocus, vel oleum hyoscyami; quo fine id etiam ab *illustri b. m. HOFFMANNO* fuit adhibitum. Si vero mammae tumor, a lacte stagnante proueniens, est resoluendus, sperma ceti ad hunc scopum obtinendum maxime est aptum.

4.

R $\acute{e}$. empl. diachyl. comp. vel

diafulph. Rul.

de ranis cum merc. aa $\overline{\text{zss}}$.

Malaxando cum balsami sulphuris terebinthinati, vel olei cornu cerui foetidi q. f. f. Emplastrum.

Conducit hoc praesertim in tumoribus a causa venerea ortis resoluendis.

II. Em-

II. Emplastra emollientia.

1.

Rx. empl. de meliloto
 sperm. ceti
 galbano croc aa $\overline{3\text{ss}}$.
 cum ∇ camph. q. f.
 malaxando, F. Emplastrum.

2.

Rx. succi cepar.
 lil. alb.
 melilot.
 pulp. ficuum
 mellis aa $\overline{3j}$.
 croci $\overline{3ij}$.
 cerae flav.
 terebinth. aa q. f.
 M. f. l. a. Emplastrum.

Aliud virtutis potenter emollientis emplastrum ex ficubus, melle, cepis tostis, farina fabarum, croco, succo liliorum alborum, debita in proportione commixtis, praeparari potest.

III. Emplastrum stomachicum circa cordis scrobiculum applicandum.

Rx. empl.

R_x. empl. de crusta panis ℥i℥.

mastic.

styrac.

tacamahac. aa ℥i℥.

balsam. Peruv.

ol. nucist. expr. aa ℥j.

menth.

caryoph.

absynth. aa gutt. XX.

M. f. Emplastrum super alutam extendendum.

Hoc emplastrum conducit in ventriculi atonia et iis, qui exinde oriuntur, affectibus, ut malo hypochondriaco, borborygmis, flatibus, nausea, vomitu, et dolore pressorio grauatius in et post digestionem.

IV. Emplastrum antispasmodicum.

1.

R_x. theriac. coelest. ℥j.

ol. nucist. expr. ℥iij.

bals. Peruv.

pulv. castor.

croci aa ℥j.

camphorae ℥℥.

ol. caryoph.

de cedro aa gutt. XV.

cerae flav. q. s.

M. f. Emplastrum.

2. R_x

2.

R $\acute{e}$. axung. hum. ℥j.
 sperm. ceti ℥ss.
 pingued. castor. ℥iij.
 ol. hyoscyam. ℥ij.
 bals. Peruv. ℥j.
 picis alb.
 cerae flav. aa q. s.

M. f. Emplastrum.

Hoc emplastrum No. 1. summo cum fructu adhibetur in ventriculi spasms, et effectibus, qui exinde oriuntur. No. 2. conducit potissimum in contracturis.

V. Emplastrum roborans et antispasmodicum.

1.

R $\acute{e}$. ol. nucist. expr.
 axung. hum. non ranc. aa ℥ss.
 res. styrac.

thymiamat. aa ℥j.

bals. Peruv. ℥ij.
 ol. lauend gutt. XX.
 cerae alb. q. s.

M. f. Emplastrum.

2. R $\acute{e}$.

2.

R_x. mastich.

terebinth. Ven. aa ʒi.

M. f. Emplastrum.

Hoc No. i. egregia gaudet virtute caput
et ventriculum roborandi, hinc eo fine ad
tempora, ceruicem, vel scrobiculum cordis
applicari potest.

VI. Emplastrum vesicatorium.

R_x. empl. de meliloto ʒʒ.

pulv. canthar. rec. ʒʒ.

bals Peruv. gr. XV.

M. f. Emplastrum.

VII. Sparadrapum pectorale, emolliens,
resoluens, ad tussim a frigore su-
scepto.R_x. vngu. altheae comp. ʒi.

adip. gallin. ʒiiij.

ol. expr. sem. pap. ʒʒ.

cerae citrin. ʒiʒ.

simul leni igne liquefactis immisce

rad. irid. Flor. subtilissime

pulueris. ʒi.

o. nucist. expr. ʒj.

(Pars II. de form. in specie.) Ec de-

detentis in fluore immerge telam lineam veterem, magnitudinis, figurae in charta transmittenda descriptae, probe imbutam extendē, laeviga, et laxè conuolutam exhibe. S. Tela emplastica, quae pectori applicetur, tegatur panno laneo vilioso, vel pelle cati.

SECTIO XVIII.

DE

FORMVLA CERATI.

§. 664.

De ingredientibus cerati.

Nominis *cerati*, *ceroti*, *cerelaci*, origo quidem est a cera et oleo, sed haec non constanter accedunt, sed saepe, his omis- sis, ingredientium vice in cerato funguntur, quae memorata sunt §. 639, id quod ex eo apparet, cum ceratum ab emplastro ratione mollitiei differat §. 630, adeoque ea, quae ingredientia emplastri esse possunt, eorundem vicem in cerato sustinere queant, dummodo semper ad maiorem eius mollitiem respiciatur. Rarius adhibetur magistrale, frequentius officinale, vel, hoc deficiente, emplastro oleiope facile cerati mollities conciliari potest.

§. 665.

De proportionem ingredientium cerati.

Cum ceratum ab emplastro in eo differat, quod eo mollius sit §. 630. 664, eius ingredientium proportio in eo tantum ab ingredientium emplastri proportionem differt, quod in illa maioris mollitiei habenda sit ratio, atque ita, ut haec